



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Panarion, Hoc Est, Arca Medica Variis Diuinæ Scriptvræ
priscorumq[ue] Patrvm Antidotis aduersus Animi morbos
instructa**

Busaeus, Johannes

Moguntiae, 1608

Impat. in orbitu parentum, liberorum, fratrum, amicorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54834)

longè ante praeceperat, non est perturbatus, cum cerneret illa adesse, quoniam ne quidem, cum adessent lata, vehementer illis adhaesit. Audi quid dicat. *Quo? si delectatus sum, cum mihi multa affluerent diuitia, si reposui copiosam auri vim mihi, si fiduciam habui in lapidibus preciosis: si ad innumerabilia posui animam meam. Quid ais homo? non delectatus es delitiis affluentibus tibi? Nequaquam, inquit. Quid ita? Quoniam videbam illarum instabilem fluxamque naturam, videbam possessionem haud durabilem. Aut non video, inquit, quidem solem orientem ac deficientem, lunam verò intereuntem? non enim in eodem manet statu. Quod autem dicit, tale est. Si stella, quae sunt in caelis, perpetuoque lucent, recipiunt nonnullam mutationem. Sol deficiens, Luna interiens, an non extrema sit dementia terrena pro stabilibus fixisque ducere? Eoq; nec praesentibus magnopere delectabar, nec decentibus vehementer contristatus sum, quoniam probe noueram earum rerum naturam. Idem remedium loco proxime allegato proponit SENECA. Sape, inquit, admonendus est animus, amet ut recessura, imò tanquam recedentia. Quicquid à fortuna datum est, tanquam extemplo abiturum possideat.*

Iob 31. 24.

Ibid. 7. 26.

Cap. 10. ad Mar. uiam.

VIDE. V. Amor sui. Auaritia. Desperatio. Immortificatio passionum. Impatentia in aduersis. Ingratitudo. Ira. Pusillanimitas. Tentatio. Tristitia. Vestium luxus. Voluptas carnalis.

A N T I D O T A

Pro Impatentia in morte parentum, liberorum fratrum, sororum, mariti, uxoris, cognatorum, &c.

Gen. 23. 2.
Gen. vlt. 10.
Deut. vlt. 8.
2. Reg. 1. 17.
2. Reg. 19. 4.
Ioan. 11. 35.
Act. 8. 2.
Eccli. 22. 11.

Eccli. 38. 16.

1. Thess. 4. 12.

IREMEDIUM. Considera diuinæ scripturæ testimonia. Ea impietatis declarat non esse illicitum luctum pro mortuis, eo quod sanctissimi quique exitum suorum deplorarunt, ut Abraham mortem Saræ uxoris, & Ioseph cum fratribus suis mortem patris sui Iacob. Hebraei item mortem Moysis. Dauid mortem Saulis, Ionathæ, & filii Absolonis. Christus quoque fleuit in morte Lazari. Et in Actorum Apostolicorum historia viri timorati dicuntur planxisse planctu magno ob mortem B. Stephani. 2. docet moderatè esse lugendos mortuos. Nam Ecclesiasticus cum dixisset. *Supra mortuum plora, defecit enim lux eius, mox subiicit. Modicum plora supra mortuum, quoniam requieuit. Et paulo post. Luctus mortui septem dies: fatui autem est impij, omnes dies vite illorum. Et rursus. Fili in mortuum produc lachrymas, et quasi dera passus incipe plorare, et fac luctum secundum meritum eius vno die vel duobus propter detractionem, id est, ne alii calumnientur te propter mortem latari. Et B. PAVLYS, Nolimus, inquit, vos ignorare fratres de dormitanti-*

mientibus, ut non contristemini (nempe nimium) sicut & ceteri, qui spiritus non habent, alterius vitæ scilicet.

II. REMED. Considera patrum Patrum dicta. **CYPRIANVS** Cypr. serm. 8 de mortalitate. Nobis quoque ipsis minimis & externis quoties revelatum est, quàm frequenter et quàm manifestè de Dei dignatione præceptum est, ut constet assidue, & publicè prædicarem fratres nostros non esse lugendos accensione Dominica de seculo liberatos, cum sciam non eos amitti, sed præmitti: recedentes præcedere, ut proficiscentes & navigantes desiderari eos debere, non plangere: nec accipendas hic esse atras vestes, quando illi ibi indumenta alba iam sumpsissent. **BASILIVS** de gratiarum actione. Basil. hom. 8 Neque mulieribus, neque viris permittit decori & honestatis ratio, ut vel luctu studio affectent, vel immodicis se conficiant lacrymis: tantum sinuntur, rebus minus laetis esse quadantenus maesti, lenesque fundere lacrymas, idque silentio, citra vllum ei ulatum, vestium lacerationem, neu puluere caput aspergant, nec alio quouis pacto indecorè se gerant, eorum exemplum imitati, qui humanarum rerum prorsus sunt rudes. Nonne Iob adamantino corde erat, cum momento temporis plaga una eademque ei obruta sunt liberi decem? Et id. hom. 5 Et in martyrem Iulittam. Filij carissimi, aut uxoris, quam ex animi sententia duxeras aut alterius cuiusdam ex amicis, obitus mœrore te affligit, nihil profecto graue homini prouido accidit, & ei qui rectam rationem vitæ ducem habet, nec secundum vulgi consuetudinem vivit. Imperitorum certè, & parum à natura informatorum est, grauius ob consuetudinis separationem angere, id quod & animalia rationis experta faciunt. Vili etenim ipse aliquando bonem ad præsepe lacrymantem, cum contubernalem suum morte ereptum cerneret. **AMBROSIVS** de fide resurrectionis. Deponere mœrorem, Amb. orat. 2. de morte fratris. si potes: in clu te, si non potes. Aut absorendus omnis, aut premeendus est dolor. Cur enim mœritiam tuam non ratio potius quam dies lentat? nam quod obiteratura est temporis series, melius prudentia mitigabit. Quinetiam hoc ipsum irreligiosum puto, erga ipsorum memoriam, quos dolemus amissos, ut obliuisci eorum malimus, quàm consolatione mulceri: aut cum horrore reminisci, quàm meminisse cum gratia: recordationem timere quorum imago debeat esse voluptati. **HIERONYMVS** ad Paulam super obitu Hier. ep. 25 Blesillæ filie plus æquo plagentem. Detestanda sunt ista lacryma, plena sacrilegio, incredulitate plenissima, quæ non habent modum, quæ usque ad viciniam mortis accedunt. Vulus & exclamitas, & quasi quibusdam facibus accensa, quantum in te est, tu semper homicida es. Sed ad talem clemens ingreditur Iesus, & dicit. Quid ploras? non est mortua puella, sed dormit. irrideant circumstantes. Ista infidelitas Iudeorum est. Te quoque si ad sepulchrum filiæ volueris volutari Angelus increpabit. Quid quaris viuentem cum mortuis? **CHRYSOSTOMVS** ad populū Antiochenū. Migrantes lugeamus, non prohibeo. Lu. Chry. hom. 5 lugeamus, sed non indecenter, nõ comas vellentes, nõ detegentes brachia, oculos nõ dissipantes, nõ pullis viuentes vestibus, sed tantum in animo silenter amaras fundentes lacrymas. Licet enim & absque hoc exteriori cultu, amare lugere, nec illudere duntaxat. A ludibriis enim minime differunt, quæ geruntur à nonnullis. Quod enim nõ ex dolore sint illi forenses plangentes, sed ex ostentatione potius, & inani gloria, inde clarum est, quod multa per artem hoc faciunt. Amare

Aug. c. 7.

plora domi, ubi nemo te spectet: hoc est misericordia, hoc est tibi prodesse potest. AUGUSTINVS libro 19. de ciuitate Dei. Quorum nos vita propter amicitie solatia delectabat, unde fieri potest, ut eorum mors nullam nobis ingerat maeritum? Quam qui prohibet, prohibeat, si potest, amica colloquia, interdicit amicabilem societatem. vel interdicat affectum omnium humanarum necessitudinum, vincula mentis immitti stupore dirumpat; aut sic eis vrendum censeat, ut nulla ex eis animam dulced. perfundat. Quod si fieri nullo modo potest, etiam hoc quo patitur futurum est, ut eius nobis amara mors non sit, cuius dulcis est vita? BERNARDVS in Cantica. Christus certe ad tumulum Lazari, nec stentes arguit, nec a fletu prohibuit: insuper et fleuit cum stentibus.

Bern. ser. 26.
Ioan. 11. 35.

Et lachrymans est, inquit, IESVS. Fuerunt lachrymae illae testes profecto naturae, non indies diffidentiae. Denique et prodit mox ad vocem eius, qui erat mortuus, ne continuo putes fidei prauidicium dolentis affectum. Sic nec fleuit, utique nosler infidelitatis est signum, sed conditionis iudicium. Nec quia percussus (morie fratris Gerardi) ploro, arguo ferientem, sed prouoco pietatem, seueritatem flectere satago. Vnde et verba mea dolore sunt plena, non tamen et murmure. SENECA in consolatione ad Polybium, cui frater obicit. Aliquid a nobis natura exigit plus vanitate contrahitur. Nunquam autem ego a te, ne ex toto mareas, exigam. Et scio inueniri quosdam dura magis quam fortis prudentia viros, qui negent doliturum esse sapientem. Hi vero videntur, nunquam in huiusmodi casum incidisse. Satis praestiterit ratio, si id unum ex dolore quod et superest et abundat, exciderit. Nam ut quidem nullum omnino esse eum patiat, nec sperandum vlli, nec concupiscendum est. Fluant lachrymae, sed eadem desinant: trahantur ex imo pectore gemitus, sed iidem et finiantur. Sic roge animam tuam, ut et sapientibus te approbare possis et fratribus. Et ad Marciam.

Seneca c. 37.

Aspice murorum animalium, quam sint concitata desideria, et tamen quam breuia. Vaccarum vno die, altero die mugitus auditur. Nec diutius equarum vagus ille, amensque discursus est. Fera cum vestigia catulorum confectata sunt, et sylvas peruasate, cum saepe ad cubilia expilata redierint, rabiem intra exiguum tempus extinguunt. Aut cum stridore magno inanes ridos circumfremuerunt, intra momentum tamen quiete volatus suos reperunt. Nec vlli animali longum factus sui desiderium est, nisi homini, qui adest dolori suo: nec tantum, quantum sentit, sed quantum constituit, afficitur.

Id. c. 9.

III. REMED. Considera eum qui plus æquo indulget luctui in carorum obitu iacturam quodammodo facere sibi in Christum & spei, ut indicat Apostolus, cum ait non contristandum de dormientibus instar gentilium qui spem non habent. Vnde TERTULLIANVS ita scribit. Ne illa quidem impatientia species excusatur in amissione nostrorum ubi aliqua dolorum patrocinatur assertio. Praeponendus est enim respectus de iudicationis Apostoli, qui ait. Ne contristemini dormitione cuiusquam, sicut nationes quae spe carent. Et merito. Credentes enim resurrectionem Christi, in nostram quoque credimus, propter quos ille et obiit, et resurrexit. Ergo cum constet de resurrectione mortuorum vacat dolor

1 Tess. 4. 12.
Tertull. l. de patientia.

moris,

mortis, vacat et impatientia doloris. Et paulo post. *Ceterum impatientia in huiusmodi, et spei nostrae male ominatur, et fidem prauaricatur. Et CYPRIANVS. Nobis reuelatum et praeceptum est, occasionem dandam non esse gentilibus, ut nos merito ac iure reprehendant, quod quos viuere apud Deum dicimus, ut extinctos et perditos lugeamus, et fidem, quam sermone et voce depromimus, cordis et pectoris testimonio reprobemus. Spei nostrae ac fidei prauaricatores sumus: simulata, ficta, fucata videntur esse, quae dicimus. Nihil prodest verbis proferre virtutem, et factis destruere veritatem. Improbatur denique Apostolus Paulus et obiurgatur et culpatur, si qui contristentur in excessu suorum. Eos contristari dicit in excessu suorum, qui spem non habent. Et B. GREGORIUS in epistola ad Aregium Episcopum in interitu suorum contristatum. Hortor, quiesce dolere, desine tristis esse. Nam indecens est de illis radio afflictionis addisci, quos credendum est ad veram vitam moriendo peruenisse. Nos qui nouimus, qui hoc credimus et docemus contristari nimium de obuentibus non debemus: ne quod apud alios pietatis tenet speciem, hoc magis nobis in culpa sit. Nam diffidentia quodammodo genus est, contra hoc quod quisque praedicat, torqueri maestitia, dicente Apostolo. Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini, sicut et ceteri, qui spem non habent.*

Cyprianus de morte
lib.

Greg. 7. epist. iii.

Thecl. 4. 12.

IV. REMEDIUM. Considerationes, tum naturales, tum fide nixas, quibus S. Patres dehortati sunt alios ab immodico luctu. I. est, quia pendere videtur ex mera hominum opinione. Fuisse, inquit B. AMBROSIVS, de morte fratris Satyri, feruntur quidam populi qui ortus hominum lugerent, obitusque celebrarent. Nec imprudenter. Eos enim, qui in hoc vita saluam venissent, morerendos putabant: eos vero, qui ex istius mundi procellis et fluctibus emerissent, non iniusto gaudio prosequendos arbitrabantur. Nos quoque ipsi natales dies de functorum obituiscimus, et eum quo obierunt die in celebri solennitate renouamus. Et paulo post. Denique Lyciorum feruntur esse praecepta, quae viros iubeant muliebrem vestem induere, si morari indulgeant, eo quod mollem et effeminatum iudicauerint in viro luctum. Deforme est enim eos, qui pro fide, pro religione, pro patria, pro aequitate iudicij atque intentione virtutis obuium morti debent pectus offerre, morere in alio grauius, quod in se, si causa exegerit, sit expetendum. Consentit Seneca in consolatione ad Marciam. *Mouet lugentem de siderum eius, quem dilexit? Id per se tolerabile apparet. Absentes enim, ab futuroque, dum viverent, non fleamus, quamuis omnis visus illorum nobis et conspectus ereptus sit. opinio est ergo, quae nos cruciat: et tanti quodque malum est, quanti illud taxauimus. In nostra potestate remedium habemus, iudicemus illos abesse. et non nec ipsi fallamus. Dimisimus illos: imo consecuturi praemisimus. Hoc dictum Senecae verum esse, cognosci potest ex similitudine allata a B. CHRYSOSTOMO, dum dictum Apostoli. Nolo vos ignorare de dormientibus, exponit. At consuetudinem defuncti desideras, inquit, et propterea lamentaris. Sed hoc vehementer absurdum est. Si enim sponso alicui filiam in matrimonium copulaueris, deinde ille eam abducens in longinquam discesserit regionem, atque*

Ambrosius orat. 2.

Seneca c. 7.

Basil. hom. 4.

Amb. de morte
sati.Bas. hom. 5.
in Iulicam.Tertul. de paci-
entia.Cyp. de morta-
lit.

ibi in omnium rerum abundantia vivat; nequaquam hoc molestè feret, sed dolorem, quem ex absentia eius diviturnitate capis, prosperitatis illius communi fama mitigas. Nunc autem non homine, non seruo aliquo accipiente, sed Domino requirente, quem debet, mæres, ac lamentaris. II. RATIO, quia immoderatio luctus multos coniecit in graues morbos vel etiam è medio sustulit, licet conarentur illū supprimere. Ipsi nouimus, inquit B. BASILIVS de gratiarum actione, non paucos, calamitatibus deploratis vitæ, nec curabilibus obvallatos, vi, ne distillarèt lacrymis, sibi temperasse. Hi quidem in varios & immedicabiles affectus inciderunt, ceu sunt, apoplexia, & paralytis: alij verò in mortem prorsus collapsi sunt, ac si fulcramento quopiam debilitarentur, diffractis eorum viribus immodico tristitiæ pondere. Quod ceruere possis in flamma, quæ in clusione proprii sumi suffocatur: nam cum liberè egredi nequeat, flammam suo ambitu opprimit: haud secus isti contingere aiunt in ea facultate, quæ in animalè vitalem actionem moderatur, nimirum eam vehementiori doloris acrimonia extinguere, nulla illi ad exteriora perspiratione concessa. Et S. AMBROSIVS loco proxime allegato. Non mediocrem malum est immoderatio doloris, aut metus mortis. Quantos ad laqueum impulit, armavit ad gladium, ut in eo ipso amentiam suam proderent, mortem non ferentes, & mortem appetentes, & quod pro malo fugerent, pro remedio adsciscerent. Qui quoniam consentaneum naturæ suæ ferre ac perpeti nequeunt, contrarium vero incidunt, ut ab his in perpetuum separentur, quos sequi desiderauerint. Sed hæc rara quoniam naturæ reuocat, est præcipit amentia. Deinde subiicit in quam fœdos mores immoderatio eadem coniciat mulieres. Illud verò, inquit, frequens in mulieribus ut clamores publicos ferant, quasi metuant, ne earum ignoretur ærumna: ut illuciem vestis afflectent, quasi in ea sit sensus dolendi, ut impexum sordibus immadident caput, ut postremo (quod plerisque in locis vulgo fieri solet) discisso amictu, diloricata veste, secretis pudoris nuda prostituant, quasi ipsum lenocinentur pudorem, quia pudoris sui præmia perdidissent. III. ratio, quia illa immoderatione ostendimus nos non solum diuinæ, sed etiam propriæ, quæ ridiculū est, repugnare voluntati. De diuina liquet, quia ea vnicuique ab omni æternitate ille vitæ terminus est præfixus, in quo discedit. Tecum reputes velim, ait BASILIVS, quod is qui animam corpori indidit Deus, vnicuique animæ suam vivendi statum præstitit, & alijs quidem alios hinc emigrandi præscripsit terminos. Hunc enim constituit diuinus in carne permanere, illum contra corporeis vinculis decreuit occlusi, iuxta sapientiæ ac iustitiæ suarationes nulli prorsus enarrabiles. Vnde TERTULLIANVS. Christum laudamus, cum euocatos quosque ab illo quasi miserandos non æquanimitè accipimus. De nostra voluntate probatur, quia quotidie in oratione Dominica dicimus. Fiat voluntas tua; sicut in celo, & in terra. Et. Adueniat regnum tuum. Hinc CYPRIANVS. Quam preposterū est, quamque peruersum, ut cum Dei voluntatem fieri postulemus, quando euocat nos & accersit de hoc mundo Deus, non statim voluntatis eius imperio pareamus. Hoc nimirum & reluctamur & peruersum more seru-

rum ad conspectum Domini cum tristitia & mœrore perducimur, exentes isthinc necessitatis vinculo, non obsequio voluntatis. Quid ergo rogamus & petimus ut adueniat regnum caelorum, si captiuitas terrena deletat? Quid autem Dei voluntate & prouidentia id fiat, quod non solum est iustissimum, sed etiam quod est consultissimum & optimum, extra controuersiam est, quia Deus æquè est sapiens & bonus ac iustus. Bonus est Deus, inquit B. HIERONYMVS ad Paulam, de obitu Blefillæ, & omnia quæ bonus facit, bona sunt necesse est. Mariti orbis irrogatur, plango quod occidit. Sed quia sic placet Domino, æquo animo sustinebo. Vnicus raptus est filius, durum quidem, sed tolerabile, quia sustulit ille qui dederat. Et Sapiens loquens de iis qui in iuuenili vel puerili ætate moriuntur, quorum excessus maximè solet parentes affligere. Raptus est, inquit, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fœtio deciperet animam illius. Et Consummatus in breui expleuit tempora multa, placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatis. In quæ verba B. CYPRIANVS loco citato ita scribit. Per Salomonem docet Spiritus sanctus, qui Deo placeant maturius hinc exiri, & citius liberari, ne dum in isto mundo diutius immorantur, mundi contatibus polluantur. Vnde B. CHRYSOSTOMVS ad populum Antiochenum consolandum dicere non dubitauit, eos qui in peccatis forte discedunt, ante pœnitentiam à Deo rapiendos non fuisse, si eos pœnitentiam acturos prænouisset. Verba eius sunt. Et si peccator quidem abiit, mala repressasunt. (hoc est non poterit amplius peccare) nec si Deus pœnitentiam acturum nouisset, ante pœnitentiam rapuisset. Si vero iustus vitam finiuit, in tuto bona consecutus est: itaque planum est, quod non ex caritate tua sunt lacrymæ, sed ex irrationali motu. IV. Ratio fit quia euocari à Deo ex hac vita, quacunquæ ætate id fiat, non est aliud quam animam nostram, quæ corpori tanquam carceri, secundum scripturam & S. Patres, inclusa est, liberare è carcere, & ex miserrima carnis, mundi & diaboli seruitute imperfectam libertatem vindicare, non igitur plorandum, sed gaudendum est in obitu piorum sanguine vel amicitia coniunctorum. Immo magis gaudendum est de iis qui in puerili vel alia florenti ætate moriuntur, quam qui in senectute, quia citius è carcere vel captiuitate liberantur. Ratio est B. BASILI in martyrem Iulittam ita differentis. Quemadmodum eorum qui in carceres conijciuntur, hi quidem diutius vinculis carceralibus inclusi detinentur: illi verò ab ea calamitate submouentur celerius: sic et animæ. Etenim hæc destinentur in præsentis vitæ diutius, alia minus pro cuiusque merito, iuxta diuinæ sapientiæ arcanum, sic ut mens nulla capere possit, quæ de vnoquoque nostrum creator ipse præuidet. Non audis dicentem David. Educ de carcere animam meam? multasarium angorem, molestiamque indicantem. Non audisti, ut sancti eius exoluta anima est? Quid Simeon Dominum nostrum pio vlnarum astringens complexu quæsi modis vocem emisit? nonne hæc? Nunc dimittis seruum tuum Domine. Et

Hieron.

Cypr.

Chry. hom. 69.

Bas. hom. 5.

Psal. 141. 3.

Luc. 2. 29.

endus

enim qui ad celeste domicilium festinus contendit, supplicio omni carcere grauior est hæc inhabitatio corporis. Plures rationes habes in V. Mortis metus immodicus.

Bas. hom. 4.

V. R E M E D. Considera exempla fidelium, qui siccis oculis liberorum, aliorumque funera pertulerunt. Primum est B. I O B. de quo S. B. A. S I L I V S de gratiarum actione. Nonne Iob adamantino corde erat, non impati-

Iob. 1. 21.

1. Thel. 4. 12.

psi erant ex lapide viscera? memento temporis una & eadem plaga obrutis liberi decem conciderunt in perquam amena domo. Non eiulauit, non sibi diuulsit comam, vocem in generosam nullam emisit, magis verò celebrem illam, & omnium ore decantatam gratiarum actionem deprompsit, Dominus dedit, Dominus abstulit. Sicut Domitio placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum. Et C H R Y S O S T O M V S in dictu Apostoli. Nolo vos ignorare de dorm. I O B. cum vniuersa liberorum turba periisset, audi quid dicat, Dominus dedit, Dominus abstulit: quem admodum Domino placuit, ita factum est. Admirabilia hæc sunt, cum audiuntur solum: si verò accuratè inquiras in illa, tum magis admiraberis. Enumeratis deinde sex calamitatibus, quas in hac re Iob passus est, concludit. Hæc cum au. litis, conturbamini, & lachrymaris.

Considerate igitur quis ille fuerit, qui hæc vidit. Si enim nos tam longo intervallo non possumus sine lachymis tragediam tam miserabilem auditione accipere, idque alienis audientes mala: quisnam tandem, & quam adamantinus Iob fuit, qui cum oculis illa cerneret non in alienis, sed in suis propriis malis tam temperans fuit: non enim indignabatur. A L T E R V M est Patriarchæ Abraham, qui teste eodem, cum vnicum filium haberet, vel parem vel etiam maiorem animi magnitudinem demonstravit: nam cum illum sua manu, quod longe funestius, miserabilis que erat interficere mandaretur, non resistit imperanti, non rationem facti poposcit, sed tanta cum alacritate paruit, ut & plura quoque, si imperata essent facturis fuisset. Et infra. Interfecit filium & non interfecit, non manu, sed voluntate interfecit. Deus autem propterea iussit, non ut sanguinis effusionem videret, sed ut Abraham mentem tibi demonstraret, ut illius promptitudinem in totius orbis medietullio celebraret, ut omnes ex eo doceret Dei mandata, tum liberis, tum natura, tum rebus omnibus, tum etiam ipsi animæ anteponenda esse. Et post. Sed dicit aliquis. At illi admirabiles viri erant. Certe admirabiles & magni erant. Anobis tamen maior requiritur religio, quam ab illis, qui antiquam viuendi formam sequebantur. Nisi enim abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum, aut phariseorum, non ingrediemini in regnum cælorum. T E R T I V M est Dauidis regis, de quo B. A M B R O S I V S in oratione de obitu Valentiniani Imperatoris, Dauid moriturum filium flebat, mortuum non dolebat. Flebat, ne sibi creperetur, sed flere desinit ereptum, quem sciebat esse cum Christo. Et ut scias verum esse quod assero, incestum Ammon filium fleuit occisum: parricidam Absalon doluit interemptum, dicens Filius meus Absalon, filius meus Absalon. Innocentem filium non putauit esse lugendum, quia illos sibi perisse sciebat pro scelere, hunc pro innocentia credit esse victurum. Q V A R T V M est matris Machabæorum, de qua S. B. A. S I L I V S in oratione de morte. Imitare Machabæorum, inquit, matrem, quæ

Matt. 5. 20.

Amb.

2. Reg. 12. 20. &

13. 31.

2. Reg. 18. 33.

Est. tom. 1.

Ephraim.

quæ

quamuis septem filios morte deletos vidisset, non tamen lacrymis ac luctu sese tradi-
dit, neque vocem emisit muliebrem; sed Decegit gratias, quod illos igne, ferro, ali-
isque molestissimis vinculorum suppliciiis ab hac carne dissoluisset: quam etiam ob
causam, & à Deo probata est, & ab hominibus in hunc usque diem celebratur. Et S.

AMBROSIVS libro primo Officiorum. Quid de matre Machabeorum lo-
quar? quæ spectabat læta filiorum, quot funera, tot trophæa, & morientem vocibus
tanganquam psallentium cantibus delectabatur, pulcherrimam ventris sui cibaram in
filiis carnens, & pietatis, harmoniam omni lyra numero dulciorem. Idem dici

potest de S. Felicitate spectatrice martyrii 7. filiorum, de qua B. GRE-
GORIVS in Evangelia, & de S. Symphorosa item, 7. filiorum martyrum
matre, de qua in vita S. Getulii martyris eius mariti. QVINTVM sit B. ME-
LANTÆ iunioris, de qua S. HIERONYMVS in epistola ad Paulam

super obitu Blefillæ. Præsentia exempla sectare. Sancta Molania nostræ tem-
poris inter Christianos vera nobilitas, cum qua tibi Dominus, mihiq; concedat in
dæ sua habere partem, calente adhuc mariti corpusculo, & nec dum humato duos
simul perdidit filios. Rem sum dicturus incredibilem, sed, teste Christo, non
falsam. Quis illam tunc non putaret more lymphatico, sparsis crinibus, veste
conscissa, lacerum pectus inuadere? Lacrymæ gutta non fluxit, stetit immobi-
lis, & ad pedes aduoluta Christi quasi ipsam teneret, arrisit. Expeditus, in-
quit, tibi seruitura sum Domine, quia tanto me onere liberasti. Sed forsitan su-
peratur in cæteris. Qui immo, qua illos mente contempserit in vnico postea filio
probat, cui omni quam habeat possessione concessa ingruente iam hyeme Hieroso-
lymam nauiganit. Dicit sanctos quosdam videri plus æquo luxisse in

quorundam excessu. ut S. Hieronymum ob obitum Blefillæ, nam in
epistola ad Paulam, vbi calamum stringit contra impatientiam lachry-
mantium, sic exorditur. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem
lacrymarum, & plorabo? non quod lugenda sit illa, quæ abiit, sed quod nobis impa-
tientius sit dolendum, qui talem videre desuimus. Et paulo post. Lacrymis ora
complentur, singultus occupat vocem, & hærentem linguam viscera commota non la-
xant. Etruscus. Confiteor affectus meos; totus hic liber stetitibus scribitur. testor san-
ctos angelos, quorum consortio Blefilla fruatur, eadem me dolorum perpeti tormenta
que pateris, & interdum dicere, pereat dies illa in qua natus sum. Hei mihi ma-
ter vi quid genuisti me virum, &c. Deinde S. BERNARDVS lamentabili &
longo sermone deplorat mortem fratris Gerardi. Quousque, inquit, dissi-
mulo, & ignis, quem intra me ipsum abscondo, triste pectus adurit, interiora depasci-
tur & clausus latius serpit, sentit acrius. Quid mihi & cantico huic, qui in amaritudine
sum? vis doloris adducit intensionem, & indignatio Domini ebibit spiritum meum,
subtrahit siquidem illo, per quem mea in Domino studia vitæ que libera esse solebant,
simul & cor meum dereliquit me. Et multo post. Exite, exite lacrymæ iam prius
cupientes: exite, quia is qui nobis meatum obstruxerat, comueuit. Aperiuntur cata-

Amb. c. 41.

Greg. hom. 3.

Sur. 18. Iulii.

Hier. ep. 25.

Hier. ep. cit.

Iob. 3. 2.
Bern. serm. 26.
in Cant.

Gal. 6. 1.

raita miseri capitis, & erumpant fontes aquarum, si forte sufficiant sordes diluere culpam, quibus iram merui. Verum mox respondet pius Bernardus pro se & Hieronymo in hæc verba. Condescendat mihi omnis sanctus, & in spiritu lenitatis, qui spiritalis est, sustineat lamentantem. Luctus meus humano quaso persequitur affectum non usque. Videmus nempe mortuos quotidie plangere mortuos suos, stertum multum, & fructum nullum. Non culpamus affectum, nisi cum excedat modum, scilicet causam. Ille nimirum natura est, & eius turbatio poena peccati, hæc vanitas & peccatum. Etenim ibi sola, nisi fallor, plorantur damna gloriæ carnis, vita præsentis incõmoda. Et plorandi, qui ita plorant. Nunquid ego sic? Similis mihi affectus, sed altera causa, dissimilisque intentio, nulla sane querela mihi de omnibus quæ sunt mundi. In his profecto quæ sunt Dei ademptum doleo fidele auxilium, salutare consilium.

Hier. ep. 3.

VI. REMED. Considera exempla gentilium, qui ab immoderata illa suorum deploratione abstinerunt. Hieronymus ad Heliodorum, de Epitaphio Nepotiani. Vbi, inquit, Anaxagora ac Telamonis semper laudata sententia. Sciebam me genuisse mortalem? ita responderunt, nunciata mortefili. Cicero, Plato, Diogenes, Clitomachus, Carneades, Possidonius, proponant innumera- biles viros, & maxime Periclem & Xenophontem Socraticum, quorum alter amissis duobus filiis coronatus in concione disseruit: alter cum sacrificans filium audisset occisum, deposuisse coronam dicitur, & eandem capite deposuisse postquam fortiter in acie dimicantem reperit concidisse. Pulvillus capitolium dedicans, mortuum ut nunciabatur subito filium, se iussit absente sepeliri. L. Paulus septem diebus inter duorum exequias filiorum triumphans urbem ingressus est. Prætermissis

Sen. c. 24.

Maximos, Catones, Gallos, Pisones, Brutos, Scauolas, Metellos, Scauros, Martios, Crassos, Marcellos atque Aufidios, quorum non minor in luctu, quam in bellis virtus fuit, & quorum orbitates in consolationis libro Tullius explicauit, ne videat potius aliena, quam nostra quæsisse. Quamquam & hæc in suggillationem nostri breuiter dicta sint, si non præstet fides, quod exhibuit fidelitas. SENECA in consolatione ad Marciam. L. Bibuli, inquit, melioris, quam fortioris viri, duo simul filij interfecti sunt, Ægyptio quidem militi in lubrico habit: ut non minus ipsa orbitate, auctor eius, digna res lacrymis esset. Bibulus tamen, qui toto honoris sui anno ob inuidiam collega domi latuerat, postero die quam geminum finis renunciatum est, processit ad solita in publicum officia. Quid minus poterat, quam unum diem duobus filiis dare? C. Caesar, cum Britanniam peragraret, nec Oceano felicitatem suam continere possset, audivit decessisse filiam publicam secum fata duentem, tamen in triduum diem imperatoria obijit munia, & tam cito dolorem vicit, quam omnia solebat. Et infra. Diuus Augustus amissis liberis, nepotibus, exhausta Caesarum turba, adoptione desertam domum fulsit. Tulit tamen fortiter, tanquam eius iam res ageretur, enius cum maxime intererat, de dijs neminem queri. Ti. Caesar, & quem generat, & quem adoptauerat, amisit: ipse tamen pro rostris laudauit filium, stetit que in conspectu posito corpore, interiecto tantum modo velamento, quod Pontificis oculos à funere ar-

c. 16.

teret. & ftonte populo Romano non flexit vultum: experiendum fo dedit Serano ad la-
tus stanti, quam patienter possit suos perdere.

VII. REMEDIUM. Propono, uti debes, apud animum tuum, te, amo-
rem liberorum, vxoris, aliarumque rerum carissimarum amoris Dei post-
habiturum. Et merito, tum quia primum & maximum mandatum est de
Deo ex toto corde, anima, visceribus diligendo: tum quia diserte Christus

Deut. 6. 4.
Matt. 22. 37.
Matt. 10. 37.

contestatus est. *Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus. Et
qui amat filium, aut fratrem super me, non est me dignus. Quod remedium quia ser-
uabat B. I O B. i d circo liberis omnibus vna clade sublati exclamauit. Do-
minus dedit, Dominus abstulit. quem scilicet liberis prætuli. Sicut Domino pla-
cuit, ita factum est. Vnde CHRYSOSTOMVS in commentario prioris episto-
læ ad Thesalonicensis his verbis alloquitur mulierem lugentem obitu*

Iob 1. 21.
Chry. hom. 6.
1. Thes. 4. 12.

mariti. *Quamobrem luges maritum? quod sperabas forte te securiore in vita futuram?
At hoc ipsum quantum est incredulitatis te de illo id sperare, & non de Deo. Quomodo non
pateris Deum irritari? nam plerumq; ob id ipsum eos auferit, ne spem in illis colloces. Emu-
lator enim est Deus, & vult à nobis omnium potissimum adamari, itaq; ea ratione, quod
nos vehementer amet. Propterea & Deus tibi maritum abstulit. Nam cuius gratia dic-
que so olim non ita immatura fiebant viduitates & orbitates? Quamobrem Abraham
& Isaac multum temporis viuere permisit. Eo quod ille viuo etiam filio Deum prætulit.*

*Dicebat enim Deus. Macta filium, & mactauit. Quare Saram in tantam senectutem
deduxit, quia viuente etiã illa, Abraham Deo magis obediebat, quã illi. Propterea dice-
bat ei Deus. Audi Saram vxorem tuã. Nunc vero quoniam adeo ad libidinem intem-
peranter ferimur, & mariti vxores plus amamus, quã Deum, & vxores maritos suos
Deo preferunt, horum gratia nos & inuitos quoq; ad amorem suum trahit. Ne virum plus
amos, quã Deum, & viduitatem non senties vnquam. Imò, etiam si acciderit viduitas,
nullum tamen eius sensum capies. Quare? quia habes qui te magis amet, tutorem im-
mortalem. Et infra. Propterea & beatus Iob nihil acerbi passus est, cum intempestiuam
liberorum suorum mortem audiret, eo quod Deum plus amabat, quã illos.*

Gen. 22.

VIII. REMEDIUM. Cum cognoueris aliquem tibi coniunctum, ait idem CHRYS-
OST. exponens verba. Nolo vos ignorare de dormientibus, ex hac vita dis-
cessisse ne molestè feras: sed cum dolore punctus fueris, te collige, in conscientiam tuã in-
quire, considera quod te idem paulo post manebit exitus. Moderare, tibi, & ex alteri-
us morte timorem cape, socordiam omnem præcide, facta tua animo repete, errata
corrigere, quã optimam facito mutationem. Hoc enim discamus ab infidelibus, quod
iudicia de rebus alia, quã illi, habeamus. Aspiciunt cælum infidelis, & adorat: Deum
enim esse putat. Videt terram & colit, & in res mortales inhiat. Nos contra cælum
videmus, & cæli opificem admiramur: non enim Deum esse, sed Dei opus credimus.
Ita & in morte facimus. Videt cadauer ille, & putat cadauer esse, video cadauer ego,
& puto somnum esse, & partem tantum mortis. Cogita, anima, ad quem abiit, & cape
consolationem. vbi Petrus, vbi Paulus, vbi sanctorum cætus omnis est. Cogita corpus

Chry. in dictis
Apost.

quomodo resurget, quanta cum gloria & splendore. Cogita quod iugendo & lamentando, quod lacrymis nihil proficies, & ad extremum te ipsum lades.

Basil. hom. 4.

I X. REMED. est D. BASILII in homilia de gratiarum actione. Si quid unquam eorum que nolis, & preter animi sententiam sint, tibi inciderit, maxime aduigila, ne qua intemperies in mentem illabatur. Sic enim, que instant urgent que calamitates plaidiore animo ferre poteris, futurorum spe bona subnixus. Sicut enim qui minus acris sunt oculorum acie, eos auocant ab intuitu rerum splendidarum, defigunt vero in flores, & que que viridantia, ut refocillentur: haud secus anima obtutum auertere debet à rebus molestis & mæroris plenis, obuertere vero ad eorum contemplationem que bona & iucunda sunt. Tum autem assequeris ut semper gaudeas, si vite quidem tue institutum ratione omnis Deum colluceat ac spectet: spes vero retributionis, que permolesta sunt vita istius & tristia leuiora efficiat. Afficit te aliquis ignominia? Quin tu ad eam suspice gloriam, que reposita in caelis est, tibi paranda merito patientia. Iacturam rerum tuarum adisti? Imò oculos imprime fixius illis celestibus diuitiis, & thesauro incomparabili, quem tibi ipsi pretis honorum operum seposuisti. Patriam solo exclusus es? At patriam habes, celestem illam Hierusalem. perit tibi filius? sed angelos habes, quibus sum in circuitu diuini illius throni tripudiet letitia sempiterna exhiberandus. Adeum modum animam utique tuam seruabis ab omni turbationis intemperie longissime submotam, ad quod nos inuitat sanctio legis Apostolica, semper gaudete.

Theol. 16.

INCONSTANTIA.

Remedia contra inconstantiam.

Eccles. 16.

Gal. 1. 6.

Isa. 57. 20.

Iac. 1. 7.

Ind.

Eccles. 27. 12.

Luc. 9. 62.

Et 14. 30.

Matt. 13. 20.

Iob. 11. 15.

Eccles. 5. 11.

Eccles. 11. 12.

I R E M E D. Considera quid sacra scriptura de inconstantia, & constantia prodiderit. Primò enim reprehendit inconstantes. *Va his*, ait Ecclesiasticus, qui perdidit sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas & diuerterunt in vias prauas. *Quid facietis cum inspicere cæperit Deus?* Et Apostolus ad Galatas. *Miror quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant.* & *Isaias.* *Impij quasi mare feruens, quod quæscere non potest,* & *Iacobus.* *Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis.* Iudas, hæreticos quia inconstantes sunt vocat, *Sidera errantia quibus caligo tenebrarum seruata est in æternum.* 2. comparat eos *Lunæ.* *Stultus*, ait sapiens, *sicut luna mutatur: homo autem sanctus in sapientia manet sicut sol.* Tum mittenti manum ad aratum, & respicienti retro. Et incipienti turrim ædificare, & nõ consummanti apud Lucam. Et super petrosa seminato apud Matthæum, qui orta persecutione deficit à bono proposito. 3. hortatur scriptura ad nõ fluctuandum. *Eris stabilis*, ait Iob, *et nõ timebis.* Et sapiens. *Non ventiles te in omnem ventum et non eas in omnem viam. Es*

fin. us